


D'Ascanio  
de  
Medicina

T. 770

Liv. 1.

82  
104



17-5<sup>a</sup>

10  
011

Index.

3077  
82-104

Propositiones proponentes à D<sup>r</sup>e Andrea Oliver.

Quest. an propositiones et<sup>t</sup>a à D<sup>r</sup>. J. B. Mas.

Tauta circa resolutiones et<sup>t</sup>a per P. A. Binimelis.

Aprobacion apologetica por el L<sup>do</sup> Gen<sup>mo</sup> Patou.

Falsitas demonstrata à Mediuine Collegio.

Investigatio doctrinae B. Raimundi circa resolu-  
tiones et<sup>t</sup>a à D<sup>r</sup>. R. Armerol.

Dissent. an Veterum prejudicia circa Lunecta-  
à D. D. Christophero Canrio.

Demonstracion fisica de la esencia de la Fiebre.

Epidemia contagiosa de Malaga de 1711.

Estatutos del Colegio de Medicina de Barcelona  
del año 1766.

Metodo curativo para las Veneras por  
Menéndez en 1782.

Tratado sobre las clávicas por M<sup>r</sup>. Gaudencio.

Enfermedades Venéreas por Gaudencio.

Ordenanza del año 1755. sobre quemar los  
muebles de los Pthisicos.

R. 49. 149 -

# PROPUGNACULA

QVIBVS DEFENDVNTR QVIN-  
que resolutiones notatae, tamquam  
Medicé errorē,

A

# SAPIENTISSIMO,

EXPERTISSIMO, PRUDENTISSIMO,  
& Perillustri Medicinæ Collegio Uni-  
versitatis Palmariæ Regini  
Majoricarum.

# DELINEATA

AB ANDREA OLIVER MEDICINÆ  
Doctore, & dicto Collegio,  
Aggregato.

PALMÆ

Ex Typogr. Petri Anten. Capó Imp.  
Anno MDCCXLII.

Superiorum permisso.

162900



PROLOGVACUTA

Quae DEMONSTRAT  
de laudibus et  
meritis

A

SABINA

DE MELISSO

DE CICERO

DE PLINIO

DE MEDICALIA

AB ANGELICO DE MEDICINA

DE PLINIO (de Collectione)

DE PLINIO (de Medicina)


BALNE

Ex Tropaeo P. M. V. Anno Capo Iml.

ANNO MDCCLII

Salvatoris LXXXV





## PANDITVR OPERIS INTENTIO

relatione facti.



O ST QVAM die 29. Julij presentis anni Christo phorus Sarrà Medicinæ Candidatus percurrit secreta examina ad obtinendum Medicinæ Baccalaureatum, & in illis fuisse ab omnibus approbatus, unde, & admissus ad secundum examen, in quo per spatium dimidiz horæ, die

9. Augústi habuit explicare, sententiam 2dam.

Lib. 1. Aphor. Hipp. die antecedenti, illi assignatam, ut moris est, exqua quatuor Medicinæ, Hipp.-Gal.-Lullisticas conclusiones deduxit, quarum 1. fuit sequens: *Quamvis in omni horâ diei, & noctis, possit urgere necessitas mittendi sanguinem, tamen non in omni horâ diei. & noctis, est sanguis mittendus;* quæ fuit impugnata cum exemplo anginæ suffocativæ, & appoplexie fortis; examine finitiō, fuit à dicto Collegio approbatus, & admissus ad tertium, & ultimum, pro Baccalaureatu, examen, in quo sustinuit quam plurimas theses Hipp.-Gal.-Lullisticas, ex duodecim Medicinæ tractatibus, seu materijs partim speculativis, partimque practicis die 17. mensis Augusti; inter quas fuit sequens, in tractatu de febris, scripta: *Febris intermittens brevissimus, & securissimus, est morbus si rectè curatur; si verò male, longus, & plura incommoda affert,* ex Hipp. Lib. de aff. Sctt. 5 fol. 80. Ait. num. 10. Quo modo autem debeat curari; praterquam quod ab ipso manifestatur in 2. de Morb. Sctt. 5. fol. 32. ab initio, roganti aperiam; sicuti, & quare; easque prè suo posse defendit; exquo examine etiam approbatus ab ipso Collegio evadens, fuit ad examina, prò gradu Licentiati Medicinæ admissus, ad quæ accedens, in tentativa, circa supradictam thesim, percoatus fuit de aliquibus particularibus casibus, quorum respontiones, sicuti illas, quas de angina, & appoplexia dedit, dictum Collegium rumians (inaudita parte) notavit tanquam Medicæ errorias, discrepantē neminē, simolque resolvit dictam censuram participare Prudentissimo Vigilantis-

fimo,

4

Emo, & Perillustri Congresu<sup>m</sup> Patrum Patriæ, cui prævative p̄t:  
tinet Publicam salutem procurare, erroresque corriger; ut ju-  
beret dicto Baccalaureo, & Andreæ Oliver Medicinæ Doctori,  
talem methodum minimè practicare; qui maturo Concilio rem  
præmediando, & attendendo ad aliqua eoram se allegata, à dic-  
to Andreæ Oliver; resolvit, & decretum posuit, quod pro nunch  
dictus Sarrà, admitteretur ad examina pro gradu Medicinæ obti-  
nendo; promittendo medio iuramento se abstinere à tali practi-  
ca, & simul etiam, quod dictus Dr. Oliver adduceret suadamen-  
ta, quibus dictas resolutiones substantiat, illaque manifestaret  
Medicinæ Collegio, ut illa consulteret Vniverstatibus,  
à sua Perillustri Dominatione assignandis,  
ut juxta resolutionem illarum,  
posset justè deli-  
berare

ad quod magis Publī  
ex saluti con-  
veniat.

# PROPOSITIONES ADNOTATAE, ET INTER PARTES ACOR- date, sunt ut sequuntur.

R Esolutiones Medico-Practicas ( si ita loqui fas est ) quas Christop̄orū Sarrā Medicinæ Baccalaureus in suo tam publico, quā privato Medicinæ examine, ausus est substitutare sūt h̄.

Resolutio 1. In angina sanguinea cum imminentे suffocatio-  
nis periculo, hora 6. 8. & 10. matutina n̄ est opportunum tem-  
p̄us prescribendi remedium magnum, quia sanguis est in sua ca-  
mera, vel cit̄ à predominio in illis horis.

Resolutio 2. In appoplexia fortissima, nec sanguinis missio,  
nec purgatio, nec emetica sunt propinanda, usque dum humor fa-  
ciens morbum non sit in sua propria camera, vel non sit à predo-  
minio, quod idem est.

Resolutio 3. Licet natura præ humorum copia non possit per-  
venire ad declinationem accessionis tertianæ, nec in accessione,  
nec in intermissione tempore (casu quo ad intermissionem per-  
veniat) ullenus est celebranda sanguinis missio, nisi per a-  
teria accessione; quia in primæ accessione, bilis est in bile; in se-  
condæ in sanguine; in tertia vero in qua est opportunū tempus,  
bilis est in pituita.

Resolutio 4. Licet Cathartenia quæ ante fluebant, accidere  
tertianæ cohibeantur, & post accessionem, planè deficiant, non  
obstantibus gravissimis symptomatibus, sanguis non est miteg-  
dus nisi post tertiam accessionem.

Resolutio 5. Petrus tertiana mali moris correptus his sym-  
ptomatibus stipata: febre magna, siti inextinguibili, lingue ar-  
ditate, singultu, motu convulsivo, paraphrenitide, hypocondriac-  
rum distensione, & plerora flentie, non deliberandum de san-  
guinis missione, vel purgatione, vel aliquo alio equate remedio  
magno? Non, nisi post tertiam accessionem.

Has resolutiones tanquam medicæ errorias, rationē, exper-  
ientiā, solidōque fundamentō practicō omnino destitutas in-  
damnum, & pernitientē grotantium esse rejeclendas minimēque  
permittendas, Medicinæ Majoricensi Collegium declaravit.

Ira est: Michael Segui Not. Secret. Univers.

His

**H**IS p̄emissis, jāni est opportūnum tempus delineandi Me-  
nia, illaque manere Authoritatibus, rationibus, & expe-  
rimentis, ut appareat solidō, validēque fundamento  
practicō esse dictas propositiones stabilitas; & sic minimē rej-  
ciendas, imo potius amplectendas esse p̄o bono publico, proxi-  
mique salute; p̄o quo dicendum venit.

Quod omnes quinque resolutiones ad unum punctum prac-  
ticum, valde utile, & necessarium ut finis Medicinæ consequan-  
tur, reducuntur; scilicet ad inquirendum in omnibus morbis,  
& presertim acutis, & periculis, principalem Medicinæ sco-  
pum, nem̄p̄ occasionem, seu opportunum tempus p̄escribendi  
remedium magnum indicatum; scuti, quale sit, & quotmodo  
possit inueniri, ut ex contextu p̄edictarum quinque resolutio-  
num constat; ad quod enucleandum est supponendum.

Quod omnes Medici practici uno ore faciuntur, valde neces-  
sarium esse, ut remedium juvet, attendere ad opportunum tem-  
pus, seu occasionem p̄escribendi remedium, quapropter Ludovicus Mercatus in Tractat. de Meth. Medendi ait: Tanti est  
momenti in re medica occasio, ut sola, vim, & efficaciam ab auxiliis an-  
ferat, aut ipsis prellet, & Hieronimus Fracastoreus: Tempus secan-  
di venam est angustum, latum verò in quo non convenit apud Pelláz in  
suo Scr. Feb. Cap. 6. unde Hipp. & non in merito in 1. Aph.  
Sent. 1. habet: Occasio praeceps; & sic plura debent esse scitu dig-  
ha, ut illud inveniamus; aliás non esset tempus angustū nequè  
difficile cognitu; imo difficultimum, censendum est; ut tenet Gal.  
1. de Art. Cutz. ad Glau. Cap. 1. Claf. 7. fol. 94. lit. C. di-  
gens: Et temporis occasions qua p̄e omnibus est cognitu difficultima.

Aliquam hujus noticiam scriptam nobis reliquit Hipp. in  
lib. 1. Aph. Sen. 11. dicens: In accessionibus abstineri oportet, nam  
cibum dare nocuum est; undē etiam remedium propinare nocuum  
erit; Ergo si alimentum indicatum dummodo non propinetur  
debito tempore, non fuvat; imo potius nocet; remedium magnum  
indicatum, ut juvet, & non nocet debet potiori iure debito  
tempore esse propinatum; quia aliás non consequeretur evacua-  
tio illius humoris, qui debet evacuari, ut juvet; ut Hipp. in 1.  
Aph. Sent. 2. admonet dicens: Visorū inanitio si talis fiat, qualis fieri de-  
bet confere & bene tollerant; sin minus contra; Ergo dum remedium  
magnum evacuatorium p̄escribitur, & non juvat non fuit eva-  
cuata

7

ēuata māteria; talis, quālis &c. sed dum nō est debito tempore  
propinatum etiam non juvat; ut exp̄sse tenet Christophorus à  
Vega in Lib. 2. Medi. Cap: 2. dicens Remedijs magnis hoc unum  
commune est, quod tempestivè adbibita, magnam, & brevi remjvre offe-  
rante utilitatem; si verò intempestivè adhibeantur magnorum malorum can-  
sa sunt & Gal. in Com. 5. Lib. 6. de Morb. vulgar Clas. 3. fol. 188.  
Lit. A. tenet: Nam vinū & agrotis propinatum si juverit, ejus propinatio  
auxilium est: & si importune oblatum, delirium, aut phrenitiadē corri-  
ret. tunc morbiſica, non salubris cauſa, neque auxilium fuerit. Quis igitur  
est faciendi auxiliij Author? Occasionis ſcīlces inventor: Ergo dū non  
preſeribuntur debito rēpore non juvant; sed dū nō evacuant ma-  
teria talem, qualē, opp̄petet evacuare, etiā nō juvant: Ergo dū &c.

Nec valet dicere, quod dum urget neſcētā, ſemper eſt  
oportunum tempus mittendi ſanguinem v. g. quia confeſſe, vel  
non confeſſe ſanguinis miſionem, non provenit ab urgente ne-  
cētā; aliás ſemper, & quando neſcētā urgeret, remedium  
magnum propinatum ſemper juvarer, q̄od eſt contrā experien-  
tiā; ſed ab eſe preſcriptū in opportunō tempore, ut ex ſuperius  
dictis conſtat; undē, & non obiecurē docet Gal. in Lib. de Pr-  
ſag. Exper. Conſir. Cap. de ſang. detrac. ex ven; quando ſit ſan-  
guis mittendus urgente neſcētā, hiſ verbis: In omni die aſ  
noctis hora, urgente neſcētā, ſanguinem detrabito; Advertendo ta-  
mē in febricitantibus vigorem cefſantem accessionis; in alijs vero ſicre ex  
lipiditudine, ſicre ex alia ratione curā febrium, ubi ſanguinis devallione ex  
vena op̄ui ſit doloris, aut i inflammationis conciderato magnitudinem, quā  
epim hora dolorē mitigatum inſpexeris ſanguinē de venam ittes; Ergo &c.

Neque valet quod ex cōmuni conſensu Medicorū, opp̄tu-  
num tempus ſit p̄incipiū morbi, cum Hipp. dicente in Sen. 29.  
Lib. 2. Aph. Cum morbi inchoant ſe quid. moventum videatur move;  
Quia quamvis in principio remedia magna evacuatoria debeant  
applicari, tamen non ſequitur quod aequaliter in omni hora p̄inci-  
pij ſit opportunum tempus; aliás illud invenire, non eſſet diſ-  
ſicile, quia faciē morbi p̄incipia cognoscuntur.

Nec minus obſtat Sent. 6. Lib. 1. Aph. Hipp. dicens Extre-  
mis morbis exrema exquifite remedia optimā ſunt; quia ex hac Sent. fo-  
lum infertur, quod in angina ſuffocativa, & forti appoplexia, &  
hic de alijs morbis extremitatibus, ſey exac̄te per acutis, remedia mag-  
na, ſeu extrema, ſunt utilia, & indicata, quod non dubito; mini-

me vero afferit, quod intempestivè, seu citrà occasionem debeant prescribi; quia sic contra methodum operari consuleret, quod non est dicendum.

Neque in contrarium mea resolutioni stat Sent. 1. lib. 4. Aph. Hipp. dicens: Medicari in valde acutis, si materia turges, eadē die: tardare enim in talibus, malum est; quia, quamvis possit excitari questio an ly tardare cadat super acutos morbos absolutè, vel acutos cum turgentia, tamen cum non sit ad rem, dico quod quamvis lensus Hipp. esset, quod in valde acutis, eadē die sit medicandum, quamvis materia non turget; & medicare, non sumetur prò rigurosa significatione, juxta mentem Hipp. scilicet prò purgatione, sed prò qualibet remedio magno; tamen nihil faceret coartà resolutionem; quia resolutio est, quod, supposito quod angina est suffocativa, & appoplexia, quia est fortis, eadē die, petunt subeūti; & adhuc non semel, sed bis, vel ter, & ultra, prò ut magnitudo morbi, & vires pacientis stant; sed tamen est questio, an in illa die indiscriminatim in quacumque hora sit sanguis v. g. mittendus, quod nego; quia in aliquibus horis, magis noceret, quam juvaret, quia non evacueretur materia peccans, quod, ut juvet, requiritur, ut superius manet elucidatum, & inferius manifestare conabor.

Quantum possint obstare supra adductæ sententiæ contraria terminarum resolutiones, suo loco videbimus. Et quamvis Hipp. in lib. de Visc. Rat. in Acut. Sec. 4. fol. 67. sub num. 3. Loquendo de angina suffocativa hęc habeat: Ex quo citò suffocari contingit, nisi quis brevi succurrat, venis in brachijs, & sub lingua sectis &c. tamen n̄ probat contraria resolutionem, quia in brevi succurrere, non est citrà occasionem succurrere, sed statim quó sit occasio brevi succurrat, & eum Hipp. bene, exalteque cognoverit, quod non semper erat opportunitati tempus, adhuc in principio, sicut etiam quod ut juvaret debebat opportuno tempore fieri, ut ex ipso patet eodem lib. fol. 76. ante aum. 10. his verbis: In villis ratione maximè est opere & precium animadvertere, & observare cum febrium intentiones, cum remissiones non modo in acutis morbis verum etiam in longis, quó temporum occasions caveas, quibus cibis minime offeri debent, & quando tuas cognoscas; quia si in villis ratione sic se debet gerere Medicus in omnibus morbis tam acutis, quam chronicis, qui potius alteratur à natura, quam alterat naturam; clare appetet, quam ab ipso necessa-

cessarium erit cognoscere, quando rurò prescribenda sunt reme-  
dia magna, ut juvent; ut tenet Gal. lib. 1. de Art. Curat, ad  
Glau. Cap 1. Clas. 7. fol. 94 dicens: Cum igitur ad rectè metendum  
plurimum conferre, & temporis occasio: .: Videatur; & clariss Com. 5.  
lib. 6. de Morb. Vulg. suprà citato; & cù Hipp. anginam suffo-  
cativam rectè curasset, certum est quod temporis occasionem nō  
omisit; & sic brevi succurrebat.

Propterea Avil. lib 3. Fen. 22. Tract. 2. cap. 7. Loquen-  
do de sanguis missione ait: Quādque confort in hora, deinde nocet; sed  
sic non est, si in omnibus horis principijs, presentibus indican-  
tibus, & absentibus impedientibus, quia ut conferat debet esse  
indicans, & nullum impediens, & tempus opportunū, & cum  
post unam horam, nec potest deficere indicans, & adesse impedi-  
ens;clarē apparet, quod in una hora est tempus opportunum, &  
in alia non; quapropter, Gal. lib. de Medi. Expert. fol. 111. Lit.  
F. afferit: Sed opportes Medicū scire, quando opporteat dare has medici-  
nas, & in quo tempore; itaque ad solvendum omnem ambiguitatem,  
est sciendum, quod opportunum tempus prescribendi remedia  
magna, est in dupli differentia; unū scilicet generale, & aliud  
particulare; generale desumitur ex presentia indicantium, & ab-  
sencia impedientium, & sic comprehenditur primum tempus  
morbi, nempe principium; indicantia, & impedientia remediorum  
magnorū, omnibus Medicis sunt nota; particolare vero  
opportuni tēpus est cognitiū difficile. sunt ūia exp̄s Gal. in lib. de  
optima. See. ad Tras. fol. 28. Lit. B. his verbis: Quamobrem auxiliis  
in universum opportuna tempora, & ex remedia postulatiū presentia de-  
prehenduntur hec autem causa sunt, & ex potensis impedire absentia, id  
vero est virium imbecillitas; at particularium auxiliorum occasiones, non  
ex his modo, verum etiam ex alijs, qua minimè scribi possunt reperiuntur;  
quandoquidē in remissionib; possitnum remedia exhibentur &c. & con-  
cludit: In tanta igitur varietate, quam quis hora partem iducum, enique  
auxilio tempus constituet &c. Si igitur pars hora constituit tempus  
opportuni, clarē apparet, quod non omnis hora, est particulare  
tempus opportunita ad prescribendum remedia magna, quam-  
vis valde urgeat Morbus.

Audiamus Paracelsum quid sentiat de phlebotomia in trac-  
tatu hunc enī dicūtria cognitione, temporis notandum id solum indica-  
re, quā hora phlebotomia influi debe & sive in nativitate recenti morbi

sive in saevicia incipientis paroxysmi id fiat; In hoc enim posita Ars ad radicem morbi adimēdam & idem cōfirmat in com. Sent. 2. lib. 2. Aph. Hipp; & in commentario Sent. 1. lib. 1. ait: *Tempus acutum est: singulis enim horis aliquid novi affert, sicut hominis cogitationes omnibus horis alia, atque aliae sunt juxta duodecim horas diei, si igitur quælibet hora aliquid novi affert, & in cognitione horarū Ars posita est &c., non est mirum, quod sit tam utile quantum difficile, opportunū tēpus invenire, ad particulare remediū p̄f. scribendum, ut morbus radicis eliminetur.*

Vtilitate motus, quin tamē me tanta perterreat difficultas, conabor illud investigare; manu ductus 1. à sup. cit. Paracel. In Chirur. mag. de tumor. morb. gal. lib. 6. cap. 9. dicente: *Cogitandam quoquā horā producere morbos prō ut astra ipsa disposita fuerint, etaque non morborum saltem signa, sed, & Cælorum, ac elementorum impressiones sp̄lrandae sunt, hec namque quid in illis attentandum sit admonent, normaque instar sunt; igitur si impressiones elementorum spectande sunt, & singulæ horæ aliquid novi affertunt; sequitur, quod elementa singulis horis aliquam mutationē inducunt; quod confirmat Gal. lib. de Sp̄ma Cap. de Nat. Pueri secundum horas humorum fol. 38. in quo per totum probat humores habere suas horas juxta ordinem planetarum, & vincere, & devinci juxta concursum illorum, & sic complexionare Puerum; & Cap. de Discras. Nat. fol. 39. & 40. Litt. H. A. & B. per totum probat, regiones humorum ad causandum morbum; & ne dicta duo capita scribere debeant sufficiant hæc prō exemplo, que sub Litt. H scribit: *Si synocha magis acutur in horis colera rubra non est propriè synocha: quia vel mutabitur in tertianā, vel in causū. si vero tertiana acutetur in illis, vera tertiana est, & propriè, & sub littera, G. tenet. Opportet etiam seire complexionem, quoniam idem experimentum, & eadem poio non omni danda est infirmo: contingit enim; ut qua potius utilis ei fuerit in primo, vel secundo, vel tertio periodo, in alijs non conveniat: & ideo secundum diversas eritudinum mutationes ad diversos periodos, diversa convenit dari purgantia: Alterde secundum quar horas, scilicet an sanguinis, vel Cholera rubra, vel Phlegmatis, vel melancholia magis acutatur passio vel minuatur, & Zapeda in Introduc. Lib. Arb. Scient. tenet: ut sciat sub qua constellatione ( idest regione seu domo ) agrotavit, & quando, & in qua hora debeat applicari remedia; ut juvent.**

Ex Galeno, igitur, Paracelso, & Zapeda juxta mentem  
mei illuminati Magistri Beati Raymundi Lullij constat, quod ele-  
menta, & humores causant suas impressiones, seu vigent in si-  
gulis horis diei, & in illis, secundum quod est temperamentum,  
unus magis viget in una hora, quam idem in dicta hora in altero  
temperamento, & etiam liquet, quod moventur secundum motum  
stellarum, & planetarum, & sic etiam omnia circulariter (jam  
incipit res clarescere) quia si unus viget v. g. matutino tempore,  
idem devictus est in vespertino; & si in uno temperamento ma-  
gis viget quam in alio, etiam magis erit devictus in uno quam in  
alio; & cum vincens intentat expellere victum, & vixus appre-  
sat fugere a vincente, si illum non potest devincere, clarè appetet,  
quod opportunū tempus evanescendi aliquem humorē, est in il-  
la hora in qua est devictus; & importunum, illa in qua est vincens;  
& cum sanguis, qui supponitur causa anginæ, in prima resolutione  
habeat suam regionem matutino tempore, ab hora scilicet sexta  
usque ad duodecimam, & in temperamento sanguineo sit magis  
activus in hora sexta, octava, & decima, cum efformet cameram  
A. E. B. F. (B. Auct. in fig. 24. ho. lib. Astron.) sic etiā explicat  
Illuminatus Dr. in lib. de Reg. San. & Insir. in divis. lib. & in  
lib. de Astron. in fig. 24. horar. scil. quod A significat Aerem, E.  
humidum & Calidum, B. Ignem, F. Calidum, & siccum. C. Terram, G.  
Siccum, & Frigidum, D. Aquam, H. Iridum, & humidum; id est Aer  
& Sanguis. Ignis, & Bilis. Terra, & Melancholia. Aqua, & Pituita  
& sic in camera A. E. B. F. scil: Aer Sanguis Ignis & Bilis  
potius evanescetur Melancholia, quam sanguis; in horis vero septi-  
ma, nona, & undecima efformatur camera E. B. F. C. (Fig. cit.  
24. hor.) scil. Aer Biliis Ignis Melancholia, & sic ad oculum pa-  
ret, quod sanguis descendit, seu devincitur, & Melancholia ascen-  
dit, seu vincit, sicuti etiam, quod in dicta Camera est una tantum  
humiditas, nempe E. & tres siccitates. B. F. C. & cum per regu-  
lam de deviatione, ipsius Illum. Doctoris sit impossibile, quod u-  
na humiditas resistat tribus siccitatibus, ad sensum patet quantum  
sit devicta humiditas, seu sanguis, ac per consequens quantum, &  
quare particolare opportunū tempus sit in horis assignatis in ca-  
su proposito in dicta prima resolutione (quod idem est propor-  
tionatē de secunda) mittendi sanguinem, cum humor devictus e-  
vacuetur, minime vero vigens, ut tenet pacis Illumin. Magister,  
ut inservius apparebit.

Cūm

Cum autem non omnes morbi habeant manifesta, seu sufficienter sensibilia incrementa, & decrementa in aliquibus horis diei, apparet qd non sufficiente supradicta à Galeno in lib. de Præfig. Exper. coafit; & cōfirmata in lib. de Spermat. sup. cit: propterea res tam difficultis cognitu, & scitu necessaria, est magis elucidanda; proquid supponendum est, quod sicut sensualiter sentimus plures morbos habere incrementa, vel decrementa in una, vel altera diei hora, siveque singulis diebus, & iisdem aliquando horis, & aliquando diversis; ita intellectualiter debemus intelligere, quod omnes morbi habent revera dictos motus, quamvis non ita sensibles; & cum motus morbi proveniat à sua causa morbifica; propterea materia, seu causa à qua sit, debet etiam habere partes, seu particulas, quæ magis videntur in una hora, quam in aliâ; ut si dicceremus, quod motus interstitius particularum, tam solidatum, quam liquidarum partium, est major in una hora, quam in alia; taliter quod una particula magis vigeant in suo motu interstitio in hora sexta v. g. & aliæ in hora septima, & cum, quamvis in statu naturali sensualiter non sentiatur, tamen non obstat, quod revera non moveantur, ut cum Gal. superius dixi; & quia est impossibile quod sint in quiete, & otiositate; sic etiam quamvis in aliquo morbo non sentiatur talis excessus motus materiae morbifica; non facit, quod revera non moveantur partes illius cum incremento, & decremente, ut suppono, aliæ natura in statu morbo non esset inordinatè ordinata, sicuti in statu naturali est ordinatè ordinata.

Suppono etiam cū Systhemate Hippocratico-Galenico-Lulisticō, quod massa sanguinaria componitur ex quatuor humoribus, sicut nostrum corpus ex quatuor Elementis ad invicem mutuo correspondentibus: nam sicut quodlibet Elementum mixtum ex omnibus quatuor conflatum elementis; sic quilibet humor ex omnibus quatuor humoribus componitur: etiamque suppono cūm Hipp. & Gal. quod dicti quatuor humores, sicuti elementa, quatuor anni temporibus correspondent, & etiam cūm Gal. in lib. de Dina. cap. de 4r. hum. fol. 19. & lib. de Hypp. & Plat. Decret. supra citato, & etiam cūm meo Illuminato Magistro in lib. Astronom. de Region. Sanit. & Infir. & in Art. Compen. Medic. correspondere quatuor diei partibus, quæ dicuntur ab Illuminato

33

nato Doctore regiones seu domi, sicut signa, que sunt domi planetarum, ut tenet libro citato de Regi. Sanit. in Infir. titul. de 1. Dist. his verbis: *Circulus autem major significat motum etiam Sphaera; minor autem septem planetarum.* Et in titulo antecedenti scribit. *Dividitur autem iste liber in tres distinctiones; prima est de regionibus inferioribus videlicet elementorum & Corporis hominis patientis. Secunda est de regionibus corporum caelestium; & inferius, A. aerē vocamus Ignem vero, B. Aquam D. & Terram C; & vocamus E. humiditatem & caliditatem, & F. caliditatem, & secitatem, & G. secuitatem, & frigiditatem, & H. frigiditatem & humiditatem, & titulo sequenti sic. tenet. Regio de A. est de matutinis usque ad tertiam, & vocamus mane: Regio de B. est de tertia, usque ad vesperem, & vocatur meridies; & Regio de C. est à vespere usque ad primum somnum, & vocatur occasus solis: Regio de D. est à primo somno, usque ad matutinum, & vocatur media nox. Iste quatuor Regiones causant quatuor tempora anni, scilicet regio de A. causat ver. &c. Et inferius scribit *Regio de A. habet sex horas, tres habet in conspectu E. & tres in conspectu H. & prima diei est in conspectu A. E., & ultima noctis in conspectu A. H. & sic de sex horis de B & de sex horis de C. & de sex de D.* Iste viginti quatuor hora causant regionem dei naturalis, & habent talē naturam, sicut regiones de A. B. &c.; & sic etiam in homine A. significat sanguinem B. bilem C. melancholiā & D. pituitā sicut in rad. arb. med. A. bilē B. melancholiā C. sanguinē & D. pituitā etiamque suppono cum meo Illum. Mag. lib. cit. quodd sit quilibet planeta fortior est in suo signo, seu domo quam in alia; ita etiam quilibet humor fortior est in sua regione, quam in alia.*

„Suppono etiam cum meo Illum. Mag. lib. cit. de Reg. Sā, & Infir. tit. de 1: Dist. quodd iste octo littere scilicet A. B. &c. componunt duos circulos, unus major, & alias minor; circulus major mobilis est ab Oriente in Occidentem; minor è converso ab Occidente in Orientem, & secundum istos duos motus, est motus corporis humani, naturaliter & ele- mentaliter constitutus; quia superiora corpora movent cor- pota inferiora. naturaliter; & idcirco quia isti duo circuli petentes motus ad invicem se obviant, causant compositionem &c. & sic efformant octo cameras ex duabus litteris, & si illis addimus alios duos circulos sphaeræ superioris cum e-

isdem

iisdem litteris, & motibus, ut ipse cenet, & facit in Mb. Astron. ut videre est in 1. tom. in Revel. Secret. Art. Cap. de Astron. in fig. 24. Hor. vel quatuor circulis radieis arboris medicinalis quibus si addimus 4<sup>r</sup>, litteras scilicet. E. F. G. H. Trunci ipsius arboris, correspondentes litteris radicis, eformantur Camera, ex quatuor litteris compositæ correspondentes viginti quatuor horis diei; quia octo duæ in tria faciunt, 24. quibus applicando regulam, seu figuram de deviatione Beati Auctoris. Loc. Cit. positam; sensibus patet qualis vincat, & qualis devincatur in singulis horis diei, & per ista invenitur dies, hora, & punctum crisis bona, vel male, ut afferit in Lib. de Prin. & Grad. Med. Distinc. de Febr. Cap. de Feb. Quart. & cum prædominium complexionis corresponeat planetis, & quilibet planeta faciat suam differentiam circulationem, aspectus, conjunctiones, &c. etiam quodlibet temperamentum habet suam particulatem combinationem qualitatum, in singulis horis diei, & cum figura circulationum ex septem differentibus combinationibus compонatur, ut videre est in loc. Cit. de Revel. Secret. Art. correspondentibus septem diebus septimauis; clare appareat septem debere esse rotas 24. horarum correspondentes septem temperamenti, & septem diebus septimane, comprehensa illa rota quam efformata affert meus Illuminatus Magister in loco Immed. cit. Qui neget hæc esse veré Lulliana, ea emendet, & afferat sex rotas deficientes, & ero satisfactus: nunc ad propositum. In specimine adducto, est advertendum, ut dixi. quod illa rota est temperamenti sanguinei; & sic in regione A. E. quæ est sanguinis, & durat ab hora sexta matutina, usque ad 12. ut tenet meus Illuminatus Magister in arbore Quest. de quest. Medicina; apud Zaped fol. 417. his verbis: vigent Morbi omnes in aliis quibus horis diei secundum quod est sua causa, nam si sanguis est in culpa viget ab hora 6. matutina, usque ad duodecimam meridianam, efformatur Cam. A. E. B. F. que significat prædominium sanguinis, & est in hora 6. 8. & 10. ut videre est in rota citata 24. horarum, unde cum Angina; ut supponitur, sic causata ab humore sanguineo, qui significatur per A. E. B. F. in illis horis in quibus est Camera dicta, & in regione A. E. quæ est propria regio sanguinis, fortius se debet habere sanguis contra alios humores, & preci.

principiū contrā melanholiam in qua est virtus naturæ in potentia, respectu morbi, & in actu respectu naturæ, ut tenet B. Auth. lib. cit., ut inferius dicam, & sic sanguis intendit expellere melancholiā in dictis horis, & ista appetit fugere prædominium sui contrarii, ut ex se patet; undē si fieret sanguinis missio in illis horis in quibus efformatur camera A. E. B. F., potius de aliis humoribus evacuaretur, & principiū de melancholia, & vix nihil de sanguine fieret evacuatio; ut tenet B. Auth. lib. cit. de Reg. &c. cap. de evacuatione dicens: *In isto capitulo dicemus de evacuatione, qua sit per dictam, phlebotomiam, Balneum, Vomitivum, & Medicinam laxativam; talem evacuationem scias facere habita notitia de diuinis &c.* &, & in Arte Compen. Medic. qu. 2. tenet, quod si Medicus vult, augmentare sanguinem debet propinare infirmo remedium, appropriatum, in illa hora in qua sanguis est fortior; & cum opporteat evacuare sanguinem, propterea non talia evacuarentur qualia evakuari opporet, ut conferat benè verò si fieret hora septima, nona, vel undecima, in quibus efformatur camera E. B. F. C., ut dixi superius, propter datam rationem; & cum ex quo evacuatio non possit conferre, non sit exequenda; hinc est &c.

Quod autem non evacuaretur sanguis, sed potius alij humores, & principiū melancholia patet, quia iste humor est tota deitatis devictus, ut sensibus patet; pituita etiam est devicta, tamen non ita ac melancholia, quia per humiditatem appropriatam concordat cum sanguine, & partim cum sua regione, ut superius dixi; tamen cum sit contraria bili, & bilis sit in ascensu, & pituita in descensu; propterā magis evacuaretur de pituita, quam de bile, & multo minus de sanguine; & cum quanto magis evacuatur de pituita, & de melancholia magis accrescat virtus sanguinis; jam quia suum contrarium minus potest illi resistere, & jam quia magis simplificatur ex defectu pituitæ, quia portio remanens, non potest tantam portionem recipere, quantam mittere sanguis, quia sunt magis improportionati propter evacuacionem; est necessarium, quod tota illa portio, quam non potest recipere pituita, maneat incommixta, ac per consequens magis simplex, & cum quanto major est simplicitas, tanto major sit activitas; apparet quomodo augentur vires morbi, & non juvet evacuatio in casu proposito in his assignatis; propterea, & non impo-

summariis Béatūs Author in lib. de Astron. certe: Iste passus qui est  
de deviotione ossis mulierum utilis ad sciendum prò Medicis secundum pro-  
cessum quem fecimus in principiis medicina.

Ex quibus, meo videri, manet elucidata illa thesis: *Quam-*  
*vix in omni hora diei, & noctis urgeat necessitas, &c. & multi dux*  
*prime resolutiones adnotatz, ex illa deducere; ab authoritate*  
*Hipp. Gal. & quam plurimorum. Authorum suprà citatorum, &*  
*principaliter, & clarius mei Illuminati Magistri, & ratione; ad*  
*quod, quam plurimas alias possem adducere, quas brevitatis gra-*  
*sia omitto. Ne tamen deficiat aliquod propugnaculum, ex illis,*  
*qua propositiones Medicina defendere valent: dico, quod bis*  
*vidi anginam suffocativam taliter quod Äger, nisi eresta service*  
*non poterat inspirare, & adhuc valde difficulter, & tribus san-*  
*guinis missionibus debito tempore prescriptis in spatio quatuor-*  
*decim, vel sexdecim horarum fuit integrè liberatus. & non sta-*  
*xim à tertia missione sanguinis eventum fuit; benè verò in hora*  
*in qua humor contrarius cauſe, fuit magis à predominio. Ecce, nì*  
*fallor; expositum inventum illud adeò diffīile, nempè oppor-*  
*tunum tempus particulae prescribendi remedia magna in om-*  
*nibus morbis; que si majori explanatione indigent; si libet afferā;*  
*si tamen aliquis, ista nugas vociter, & figmenta; aferat meliora,*  
*solido stabilita fundamento illaque amplectar; certum enim est*  
*aliquod tale opportunum tempus particulae debere esse in re-*  
*tum natura.*

**Q**uamvis fundamenta ceteratum trium resolutionum coinci-  
-lant cum suprà dictis scilicet opportuno tempore, tamen  
cum aliter sit investigandum in morbo continuo. ac in inter-  
mittenti; & sermo fuisset factus de tertiana, que est morbus  
de genere intermittentium erit necessarium alijs tribus propug-  
naculis illas munire; prò quo sit primum ab authoritate desump-  
tū, ut principalissimum, & praestantissimum illud anticū. &  
nunquam antiquatum Hipp. ex Lib. 2. de Morb. Sect. 8. fol. 32.  
feré ab initio ex versione Antonij Fonsij. ubi sic habetur: Si ter-  
tiana febris desinet, siquidem post tres accessiones quarea prehendit  
medicamentum deorsum purgans propinato. Quod si medicamento tibi  
minimè indegere videatur, pentaphylli radices acerabuli quantitate in  
aqua tritis bibendas dato, &c. & idem formaliter dicit sub quaenam  
que alia versione (quamvis aliqui aliter sentiant) ut versatis est  
notum, & legentibus apparebit.

Nec

Nec valet dicere, quod methodus ista non est generalis, sed solum exquisitarum, ut Aliqui dicunt, vel benignarum, ut Alij asserunt, vel levium, ut tenent Alij, & sic de omnibus alijs a fugijs quia generalem methodum ab omnibus usitaram in omnibus tertianis servat, nam purgat, si opus est: Quod si tibi viderur medicamentum purgans, &c. Sub alia vertione; haud purgat vero, si non opus est: Quod si medicamento tibi minime indigere videatur &c. & similiter de sanguinis missione, & emethico si opus est, discutendum est; & si nullo remedio magno ex dictis indiget Aeger ad specificum febrisfugum consurgit: pentaphylli radices, &c. sed Medici in omnibus tertianis, vel sanguinem mitteunt, vel purgant, vel enethicū propinquant, & si non cessat tertiana ad febribus appellant: Ergo solum differunt ab Hipp. in opportuno tempore, seu occasione prescribendi dicta remedia magna indicata, minimē vero in entitate remediorum.

Preterea ex sententia patet, Hipp. considerasse, aliquando materiam peccantem indicare purgationem: Si tibi viderur medicamentum deorsum purgans propinatio vel sub vertione citata. Quod si medicamento tibi minime indigere videatur, &c. Sed non statim immo post tertiam, vel quartam accessionem illud propinabat: Ergo eviam quodecumque aliud remedium magnum fuisse indicatum illud non preseriberet nisi; Si post tertiam accessionem quarta superveniebat, & sic quamvis esset magna plenitudo, non esset sanguis sufficiens ante tertiam accessionem, ex mente Hipp.

Nam in febribus, quæ sunt de genere intermittentium quamvis non infibricitent, nunquam potest esse tanta copia materie peccantis, quanta est in continua, alijs non esset differentia inter febrem intermittentem continuam, & febrem continentem, seu continuam biliosam nempe caushodem; quod est impossibile, cum sint distinctæ; sed in febribus continua pluricē sanguinem non mittebat Hyppocrates nequè purgabat (nē fortè putarent ex defectu sanguinis) ut videre est in omnibus Aegrotis ex lib. Epidē; Et in inflammatoriis usqué ad octavum diem sanguinem non detraxit; ut videre est in 3. de Morb. Vulg. Aegrot. 8. dicens: Ab dolore Anazionem &c. octavo fecita incubito vena &c. si igitur in febre continua cum dolore lateris, & dīris associata symptomatis, ut ex historia constat usqué ad octavan diem, sanguinem non detraxit; clare apparet, quod in tertiana, quamvis subi-

tranti, & adhuc cum magna plenaria, post tertiam accessionem spectaret; nec tarderet; alias, vel in Anaxione male se gessisset; vel oblitus fuisset sent. 10. lib. 4. aphor; quod neuerum est dicendum; unde tertiam resolutionem esse juxta mentem Hypp. patet.

Ratio autem quare ante tertiam accessionem non est opportunum tempus, est quia in prima accessione bilis est in bile; in secunda bilis est in sanguine; in tercia vero bilis est in pituita; ut expressè tener meus Illuminatus Magister in lib. de Prin. & Grad. Med. cap. de tertiana duplice, & cum in primis duabus cameris bilis sit activior, & vincens, jam quia morbum causat &c. jam quia est in sua propria regione in prima accessione, & in appropriata in secunda; & in tali casu non sit opportunum tempus, ut superius, cum ipso, est explicatum; hinc est &c. cum vero in tercia accessione bilis sit in pituita, & pituita sit bili contraria, & regio etiam propterea devincitur, taliter quod, ut tenet Beatus Author in lib. de Reg. Sanit. & Insir. Cap. de Region. Febr: in illa potest fieri etisis dicens *Tertiana fit in domo de B. F. id est bilis in bile, & solet fieri crisis in domo de D. H. id est pituita;* & cum dum causa morbi non est in sua regione est aliquomodo dericta, quod requiritur ut evacuetur, & radicibus morbus tollatur, ut superius, dixi cum Paracelso, & cum eodem Illum. Dre. & pluriis observavi; hinc est &c.

Ad quartam resolutionem valent omnia supradicta, tamen sic aliquantisper magis elucidatur; cohibitio cathameniarum non est causa tertianæ, ut supponitur in resolutione; nam: *accidente tertiana cohibentur, que fluebant &c.* igitur cohibitio illarum non est causa tertianæ; sed symptoma morbi; adqui cessato morbo cessant, & symptomata; igitur si cessato paroxysmo adhuc fluxus cohibitio perseverat, apparet non cessasse morbum; & cum symptomata per se, id est de primario nihil indicent; quia ablato morbo auferuntur, sed solum per accidens, & de secundario; nam solū propter sunt, sui remissionem indicant; & adhuc de cura coacta, & hoc remedij que non valeant motum naturæ perturbare, ut sunt specifica cathameniarum moventia; & sic de alijs symptomatis, quia alias magis perseveraret symptoma, cum morbus magis perseveraret, propter dictam perturbationem; hinc est quod non obstantibus gravissimis symptomib[us]

tibus (casu quod a principio possint accidere, ut inferius ventilabo) antea tertiam accessionem non sunt prescribenda remedia magna, quia ipsa symptomata, cessato paroxysmo, cessat; alias non dixisset Hypp. in lib. de Affect. Sect. 5. fol. 80. ante n. 10. Hos igitur si quis per initia curaverit neque longi, neque periculosi redduntur, si vero non cures, aut male cures, & longiores esse consueverunt, & plerumque interficiunt. Quin etiam ex his tertiana, & quartana oriri solent; ex quibus patet loqui de omnibus tertianis, quia exquisita ex Gal. per se, & a sola natura curantur, in lib. de Cris. Cap. 3. clat. 4. fol. 134. lit. C. ubi loquendo de tertiana exquisita habetur: In illis verbis cum vehementer moveatur per singulas corporis partes disseminatur, quod si ut delationis imperio ipsa per se ipsam expurgetur: quod confirmant R. P. D. Antonius Josephus Enriques in suo theatro Chritico = Medico = in Idioma te Hispanico tom. 2. discus. 8. Joannes Doleus in sua Encyclopedie Medica lib. 8 cap. 8: Michael Sinapio; Aliique quam plurimi non parvi momenti Authores, ipse quemet Gal. loco. immediate cit. fol. 135. lit. A. tenet. Atque ultra quartum circuitum non progedicetur: & inferius: neque enim haec ultra tertium non progedicetur circuitum; si autem vellet Aliquis cognoscere qualis non progedicetur ultra tertium, & qualis ultra quartum, legat dictum caput, & inveniet quod situm, unde quamvis non curetur, non potest esse longus morbus neque periculosus; ut ex ipso Hipp. constat in sent. 59. lib. 4 Aphor. igitur clarè appareret quod in allegata superius sententia, loquitur Hypp. de tertiana generaliter accepta, & indifferenter ad exquisitam, & notham, & diris, vel benignis symptomatibus associata. Ergo si tertiana curatur sicut ab Hipp. curabatur (quælibet sit) brevis est, & periculis yacat, unde restet, & methodice curatur.

Hoc idem observavit Georgius Baglivius, ut ipse tenet in lib. 2. sua Praxeos medic. fol. 148. §. 2. his verbis: Imò ab adhibitis, purgantibus, febrifugis aliisque medicamentis intempestivè, & imprudentè non solum exacerbantur, vel duplicantur; sed ad mortem quoque viam sternuntur: sicuti in acutis, & intermittentibus febribus plures observavi. Nec valet dicere dictum Authorem loqui in Acte Romano, ut ipsem plurimis asserit, quia dum talia dicit, loquitur de remedio aliquo, vel popularibus suis appropriato, vel in illa regione proximo, vel alio morbo specifico, seu convenienti, quod

20

ti, quod in alia haud prodeesse poterat; minime vero de occasione prescribendi remedia ab omnibus, & in omnibus regionibus usitata, ut sunt purgantia, febrifuga, aliaque medicamenta, ut sanguinis missio, que ab omnibus Medicis, ferè in omnibus regionibus usitatur; quia tertianæ non duplicantur, neque exacerbantur quia calibus utantur medicamentis, sed quia intempestivè, & imprudentè, id est citrà occasionem, propinantur: & tandem in nostro solo, si hoc valeret, nec remedia, nec methodum ab Authoribus prescriptā possemus exercere; quia Illi, in sua regione, nonque in nostra scripserunt; & hæc sufficiant ad Quartam muniendam resolutionem que.

Non minus ad 5. resolutionem deserviunt, sicuti cetera usqué nunc adducta, quibus addo, quod vix est possibilis tertiana maligna à prima invasione, ut colligiturclarè ex meo Illuminato Magistro in lib. de Reg. Sanit. & Infirm. cap. de Reg. Febr. his verbis: *Si non est crīs in domo de D. H. & transit ad dominum de D. G. & post ad dominum de G. C. & post ad dominum de C. F. malum signum est. quia nimis est vicina ad dominum de B. F. in qua duplīcari potest si in ipsam transit; & se transit, signum mortis est &c.* undé apparet quot regiones, & quod paroxysmos tranfire debet, ut sit signum mortis quia in D. H. ubi potest fieri crisis non fuit primus paroxysmus, quia ab ipso primus semper fit in B. F. quamvis non semper in sua regione; & sic ab ipso neque in prima nec secunda, tertia, & quarta (nisi ab errore) potest esse signum mortis; sed dum non potest esse signum mortis, non potest esse maligna: igitur &c.

Præterea Hypp. nullam mentionem facit de maligna à prima invasione, sicuti neque laudatus Illuminatus Doctor in nullo ex suis libris, ubi de tertiana sermonem faciunt, sed solum, quod illæ, que non curantur, vel male curantur, in malignas migrare solent; & sic solum ab erroribus. & non à prima invasione, tales fiunt, propterea à sua experientia edocitus Hypp. in sent. 43. lib. 3. Aph. hæc profert verba: *Quocumque autem modo intermissione abesse significant: quibus verbis videtur admovere Medicum, quod quamvis febris intermittens, seu de genere Intermittentium, et si ad infebritationem non deveniat, gravibus aliquando sit stipata symptomatisbus, minime perterriti debet, quia quocumque autem modo intermissione periculo vacat; sed ex quo*

21

ex quo periculo vacet non potest dici proprie maligna: igitur &c.  
Si autem aliquis diceret, quod haec tertianae raro accidunt  
& sententia Aph. non sunt eternæ veritatis, & sic non esse tale  
dubitandum, &c. respondet certè fateri, quod solum ea que  
a Deo sunt revelata, vel à nostra Santa Matre Ecclesia prolatæ,  
vel principia per se nota, sunt eternæ veritatis, tamen sunt al-  
liqua alia juxta naturam necessaria, prò ut necessarium oppo-  
nitur contingenti; & sic quamvis tales tertianæ, raro accident,  
dummodo accidere possint, puto, & non absque fundamento  
censeo, quod de illis Hypp. mentionem fecisset, nam turgen-  
tia raro, ab ipso, accidere solet; & tamè de illa mentionem fa-  
cit in pluribus aphorismis, ex quibus unus est 22. lib. 1. dicens:  
*Concocta medicari, acque mouere, non cruda, neque in principijs, modò*  
*nón turgent, plurimum vero non turgent: ergo si aliquando accidi-*  
*sset tertiana maligna à prima invasione, de illa aliquid dixisset;*  
*sicut mentionem facit de maligna ab erroribus causata in lib.*  
*de Afect. Idem securit Dr. D. Michael Marcellinus Boix. in suo*  
*Hipp. vendicato & alijs.*

Nec valet dicere (redemamus ad principalem scopum nem-  
pè ad tertianam ut sic) Hypp. in omnibus supradictis locis, lo-  
cutione suis, seu esse intelligendum de tertiana exquisita, ut  
plures Medici, qui mecum non centiunt testantur: ergo nihil  
probavi cum si supra dicta asserteretur de tertiana exquisita vix  
ullus dubitaret. Respondeat tamen Hipp. pro me, qui sic loqui-  
tur: dum volo præsentire unam ab alia, expresse de illa lo-  
quor, ut videre est in Sent. 59. Lib. 4. Aph. his verbis *tertiana exquisita septem circuitibus cum longissima indicatur; neque contrariior mihi ipsi in 1. de Mord. vulgar. Sest. 7. fol. 39. ab initio*  
*dum dico tertiana exalta, celerem habet indicationem; neque lethalis*  
*est, quia exalta non est idem ac exquisita; sed idem est ac pura,*  
*seu simpliciter talis, & non complicata cum aliquo alio morbo.*  
*Indò potius, si aliter esset, scilicet quod exalta sonaret exquisito*  
*contrariarer mihi ipsi in lib. de Affect, & in Sent. 43. Lib. 34*  
*Aph. quia si solum exquisita non esset lethalis aliae vero si; ita*  
*nón esset verū quod *Quocumque modo intermissione periculum obesse**  
**significat;* & sic qui assertunt, quod tertianæ à prima invasione*  
*non sunt malignæ, prò ut malignitas dicit imminentे vita perि-*  
*culum, juxta meam menem statunt.*

Admitg.

Admittō tamen Historiam in g. Resolutione traditā possibilem (ne putet aliquis, supra dicta esse auffugia) esse tertianam mali moris taliter ut aliquid immineat vita periculum; minimē verō absolutē malignam, cum non sit defectio virium, sincops, & extremonum frigiditas, quæ apud aliquos Authores sunt symptoma tertianæ malignæ pathonomonica absolutē talis; & Respondeo, quod minus est sanguis mittendus ante tertiam accessionem, quia sanguinis missio nec est indicata à tertiana, neque à symptomatibus, sed solum à pletora, & magis à magna pletora, & cum pletora, ut indicaas sanguinis missionem, non valeat causare talia symptomata, sequitur, quod debet pati materia vicium in quali; & cum istud indicet purgationem, sequitur quod in easu proposito habemus indicantia dictorum duorum remediorum magnorum; & quamvis plures Authores dum ista duo simul, & semel concurrant, & aequaliter indicent preferant sanguinis missionem purgationi (in tempore scilicet opportuno, & non intempestivè) tamen antequam resolvam, videamus quid sentiantur Authores. Aëtius Trerab. 1. Sent. 3. Cap. 42. hæc tenet: *Vene sectio bonum sanguinem evacuat, vitiosum autem qui sanguis in magna venis circâ bepar, & meserum congregatur ad totum corpus trahit.* Doleus. Pag. 508. In febribus frequenter nocet, quam juvat sanguinis missio Lucas Tozzi in comma. Sent. 3. Lib. 1. Aph. hæc habet: *Testor ipse multos me annos Medicinam factitasse, & in Xenodochio Parthenopeo Diva Maria Anunciata, centenos, & Millatos curasse, sine ulla sanguinitate evacuationes lices, Phrenicide, Pleuresi, Angina, Epaiide, Hemopoeie, Erisipellate, omnis generis febribus fuerit correpti: ut pro inde jam in propatulo sit quamlibet posse, agravitudinem citio, curisque curari ab ulla sanguinis effusione.* Idem sentit Helmontius in Trauct. de febribus. Cap. 4. fol. 109. num. 14. dicens: *Ai qui ante omnia premonitum volo, quod quamquam in robustiori, & pleniori corpore, notabilis laeso per cruxis et missis non sit, immo non raro mox sublevari, etiam agri sanari videantur; non potest tamen non improbari vena sectio, cum circa eandem felicitate saventur febientes, &c.*

Sic etiam tenent Cinibaldus, & Musitanus, in curatione febrium: Ioannes Doleus in sua Encyclopediæ Med. Pag. 508. asserit, quod sanguinis missio iufebribus frequenter nocet, quam juvat; & in malignis perniciose est sanguinis natio ex Gal. Hered. & fere omnibus Moderais, & pluribus Antiquis; ut videre est apud

apud sup. cit. Pat. Enriques in Tō. 1. Disce. 6. sc̄e p̄t totum; taliter quod plures asserunt esse ex mente Hipp. febrem esse contra indicantem sanguinis missionis; & Michael Ettmullerus in Cap. 6. de Feb. Malig. fol. 632. S. 11. h̄c ait: *Vena sectio in febribus malignis, qua talibus, nullum omnino locum invenit &c.*

Purgationē, in febribus, minime esse ex usu presertim in magnis plures Authores asserunt; cum Hipp., & Gal. ut sunt illi qui tenent in principio febrium putridarum non licere; manūducti ab Hypp. in seat. 22. lib. 1. sup. cit. dicente: *Concolta medicari &c;* ut sunt Oribai lib. de Purg. Minor. Part. 2. Quest. 3. Att. 7. Masatias Disp. 2. de Purg. Min. fol. 684. Eredia Tract. persel. & postum. de expurg. minor. Tom. 5. fol. 143. Gaspar Bravo de Sobre Monte part. 5. dis. 1. resol. 2. pag. 656. Leonar. Chequin. lib. 3. de purg. Christoph. Vega in Art. Med. & com. 22. lib. 1. Aph. Brassau. in eōm. 22. lib. 1. Aph. & plures alii; & Joannes Dolcus Epist. 2. tenet: *Quam primum enim carbaticum in corpus assumpit, remedium dicam, an venorum?* Et Ettmullerus loc. sup. cit. S. 10. ait: *Caveant ergo Medici, ne omnibus in his easibus. morbi tempore propincentur purgantia in morbi cursu:* caue confirmat Thomas Villis in tract. de feb. cap. 10. dicens: *Sepius observavi, quod circa febrium initia sanguis effervescent cum ægrotantium commodo recruentia sua usque in interiori deponerent, ubi lies magna molestia circa primas vias accrescerent, tamen effervescencia fuit insitior, pulsus moderatus & laudabilis,* atque hoc modo cum viatu tenui brevi convalescebant, si verò in hoc casu pro extirpādiis humoribus carbaticis adhiberem præparata bista naturalis crux purgatione, statim febris cum urina rubicunda, & turbida, pulsu alto, vigilijs, alijsque horrendis symptomatibus invaserit. Quid ergo in tanto rerum discrimine conciliū capiam? In medio tutissimus ibo, manuductus à Cornelio Celso in Lib. 1. Cap. de Curat. Feb. Malig. his verbis: *Non facile sanguinem mittere, non facile ducere alvum;* & sic resolvo quod in dicta, & similiter tertiana, nequé facile sanguis mittendus, nequé facilē est ducenda Alvus, & sic est expectandum quod pertranseat tertia accessio, ut expressē tenet R. P. Enriques cum pluribus alijs in tom. 2. discut. 8. & confirmat Arnaldus de Villa-Nova in lib. 4. breviar Cap. 18. fol. 20. de exquisita tertiana. & Cap. 19. de tertiana notha; & sere idem in Cap. 20. de tertiana duplicitate & Cap. 21. de tertiana cōtinua; & expressē ipse Arnaldus in Regi

Geat. Feb. Reg. 2. fol. 287. sic dicens: *Vnde in tertianis non debet fieri febromia statim: sed post tertiam. & quartam accessionem, us sit facta i separatio benigni à maligno; in qua autoritate nedium expli- cat clarè opportuam tempus. Ac ipso que dat rationem; sed etiam am expressè agit de tertiana maligna, quia sol imia maligna pos- cest esse malignum, & cum regulz, sive generales, explicavit se in maligna, ut intelligeremus regulam de omnibus; quia si in maligna sic se debet gerere Medicus, quia natura antea non po- suit facere dictam separationem, non erit difficile in benignis &c. illam spectare; & hec sufficient pro primo propugnaculo; nunc ad secundum, scilicet ratio.*

Omnis materia valentes causare febrem tertianam, tam sim- plicem, quam duplēm, exquisitam, quam notham benignam, quam malignam, debent convenire, seu concordare specificē cum motu, vel in illo in quo consistit, quod talis species febris sit tertiana, & distinguitur ab omniā se. sive ab omni morbo, qui non sit tertiana, quamvis differant, & conterantur individua- liter, ratione talis tertianæ, benignæ scilicet, vel malignæ, ra- tione, talis individualis indispositionis valentis intra limites ter- tianæ, talia, vel talia, & non talia symptoma causare; scilicet quod una alteris diebus, alia singulis, & una deveniens ad in- febricationem, & alia non, sicut una dicitur symptomatis, alia benignis associata invadat, servando semper id in quo con- sistit esse tertianæ, alias non esset tertiana, & sic non essent in questione: Ergo una, & eadem methodo specifica debent omnes curari: Antecedens est certū, & Cōsequētia sequitur, quia unū, vel aliud, vel plura symptoma, nequæ omnia simul faciunt, quod sit, vel non sit tertiana; sed Hipp. adducit curationem ter- tianæ in ratione tertianæ; Ergo curatio ipsius ab Hipp. Loc. Sup. Cit. tradita convenit omnibus tertianis; sed sic esse, & non convenire benignæ. Malignæ, Exquisitæ, Nothæ, &c. est impos- sibile; Ergo, &c. Sed Hipp. nisi post tertiam accessionem non prescribit remedium magnum, indicatum Ergo, &c.

Tum etiam: movendose materia mōrbifica de tertio in ter- tium intermitēt: debet semper necessario proportionato tem- pore vincere, & vinci; sed sensualiter sentimus, quod in simpli- ci, & exquisita v. g. & levi; totaliter devincitur in tercia accel- fionē, absque ullo remedio magno, & in prima, & secunda vincit: Ergo

Ergo intellectualiter intelligimus; quod in duplice subintrante, maligna, &c. In prima, & secunda vincit. & in tertia devincitur, vel totaliter, vel partialiter, pro ut erant vires naturae, & cause morbi, alias sequerentur, quod materia peccantes constituentes unam speciem morbi non essent proportionatae, neque inter motus ipsarum esset proportio, quod est impossibile, quia est contradictionis; quia motus esset proportionatus, alias non essent omnes tertianae, & non esset proportionatus, ut supponitur; quod esset, esse, & non esse ejusdem de eodem, & secundum idem; & sic contradictionis, & impossibile; quod idem est de motu cause morbis, & naturae; & sic nullus esset ordo in natura, unde falsum esset dictum Hipp. in Lib. de Alim. set. 4. fol. 50. sub num.  
20. *Natura omnia omnibus sufficit*: Ergo &c. Sed solum, dum materia, est devita, est opportunum tempus evanescendi illam, ut superiorius est demonstratum ab Authoritate, & ratione: ergo manet elucidatum, quod nisi peracta tertia accessione, in tertiana maligna, pon est propinandum remedium magnum indicatum.

Nec valet dicere, quod Eger ante tertiam accessionem morietur, quia citius morietur; cum remedia magna non possint ilium juvare, quia in importuno tempore essent applicata, ut superius est manifestatum; & cum Hipp. dicat *Quod desperati morbi solo prognostico sunt reliquendi*; & Gal. in Com. 4. lib. Hipp. de Vic. Rat. in Morb. Acut. Tex. 12. Clas. 7. fol. 135. Lit. G. Scrivat: *Nam qui perniciose insalubriterque habeti, eos neque per aliud quidquam, neque per aquam servari est possibile: quibus neg ministerare sum conatur*; Propterea est Axioma; melius est quod Eger vi morbi pereat, quam vi remedij; quia quamvis secundum leges debeat mortem nobis non licet interficere quemquam; bene vero est subterrendum Egero cum specificis, vel contra malignitatem uti Antidota, vel ad remittendum symptoma, ut sic minus devincatur natura; illa semper adjuvando, augendo scilicet vires ipsius, praesertim eas, quas habet in potentia, ut subcurrant illis, Quae sunt in actu, ut expressè tenet Beatus Author in Art. Comp. Medi. Cap. de Feb. curandò, quantum fieri potest, ut Eger perveniat ad tertiam accessionem, & sic, casu quo deficiat, non deficit absque ullo auxilio; ac perconsequens, &c.

Vt autem sensibus appareat quomodo in tertia accessione devincitur, quantum est possibile, & non ante, inspiciat sequen-

eam figuram expressè habitam ad hoc declarandum in Lib. de  
Prin. & Grad. Med. Mei. Illuminati Magistri 1. Tom. Ipsius  
Mag. Oper. Dist. de Feb.

BILIS

MELANCHOLIA

SANGVIS

PITVITA

In qua apparet, quod bilis cum uno motu movetur (memorando illos duos motus, & duos circulos superius traditos) versus sanguinem, & sic fit, Bilis, Sanguis, Pituita, Melancholia, Bilis iterum, Sanguis, & sic continuo successive; & cum alio motu sic, Bilis, Melancholia, Pituita, Sanguis, & iterum Bilis, Melancholia, & sic continuo successivæ. Nunc est supponendum cum meo Illuminato Magistro in lib. de Reg. San. & Infir. Cap. de Reg. Feb. & in aliis locis ipsius citatis loquendo de febribus; quod prima accessio tertianæ, sit in Bile, sicut omnes Medici Gal. sequentes tenent fieri in Bile, & cum non tota Bilis sit præternaturalis, clarè apparet, quod in tertiana est Bilis naturalis, & Bilis præternaturalis; & Bilis præternaturalis causit primam tertianam in Bile naturali, cum excessus debeat primo esse in se, quam in aliis humoribus; propterè dicit Beatus Author, quod tertiana sit in Regione B. F. id est Bilis Bilis, vel quod sit in Bile, quod idem est, in loc. Immed. Citi unde quomodo cumque moveatur Bilis præternaturalis, semper tertia accessio est in pituita, nam si à dextris, secunda est in melancholia, & tertia in pituita, & si à sinistris secunda est in sanguine, & tertia in pituita, ut sensibus patet; & cum Bilis concordet cum sanguine & cum melanholia, clarè apparet, quod non potest devinci in prima, nec in secunda accessione; bene verò in tertia, cum contrarietur pituitæ, & debeat vinci à suo contrario, & sic nisi sit in tertia accessione, scilicet in pituita, humor peccans non est devictus, & cum nisi sit devictus non sit opportunum tempus illum evanescendi, ut superius à ratione, & auctoritate est comprobatum; hinc est &c. & cum Hyp. fuerit magnus spectator naturæ, & expertus fuerit, quod

qd frequentius, si non perturbator motus ipsius ad quartā accessionem non accedit; propterea afferit: *Siquidem si post tertiam accessionem &c.* ac per consequens &c. Quām plurimas alias rationes possem efformare, quas brevitatis gratia omitto, & hæc de secundo propugnaculo.

Restat nunc cum tertio propugnaculo, nēmp̄ experientia illas munire; prò quo dico, quod aliquoties vidi, & plures audi vi, simplices tertianas, & benignas in principio, propinatis tamē, ante tertiam accessionem, Agrotō purgatione, vel emetico, redditas fuisse malignas, Agrotumque interjisse; ita aliis verō, prescripta sanguinis missione, durasse per menses, & Agrotos passos fuisse plures residivas, & plura alia incommoda; Observevavi tamen, quod præscriptis dictis medicamentis post tertiam accessionem, dummodo Äger nullum errorem commisisset, Nullus, febrifugo indiguit, nec ad quintam accessionem pervenit, quod probare offero, sicut & jam obtuli, & sic evenire expondeo, quia plusquam centies est observarum, & nunquām contrarium evenit: patet igitur ultimās tres resolutiones, etiām esse munitas authoritatibus, rationibus, & experimentis.

**C**um igitur b authoritate Gal. expresso constet, non in omni hora diei, & noctisesso opportūnum tempus præscribendi remedium magnum indicatum, sicut etiam ab Hippo, & pluribus aliis Authoribus supra citatis, & ceteram quā n necessarium sit in particulari occasione illud propinare, ut junctet, & in hoc artis consistat: quam explanare curavi cum pluribus ex supra citatis Authoribus, & præcipue cum meo Illuminato Magistro Beato Raymundo Lullio exponendo ad sensus specimen cum litteris, ut facilius intellectus caerer, & regulae generales sint norme quibus debent regulari causas particulatas; propterea aferit in lib. de Reg. san. &c. cap. de Reg. Febo. Diximus de tertiana & per hoc, quod de ipsa diximus, data est doctrina de regionibus aliarum febrium, & decursu eorum breviter de hoc transimus, quia doctrinam quam dedimus intelligibilis est scientibus istam Artes; nec omiserim adducere rationes, juxta meum systema, aliquantisper iocundum cōprobantes; id, illudque fessili meis, quāvis paucis, observationibus, & sc̄ientiis Preceptorū in cōtrariū militates prò meo captu expl caverim, & p̄ modum gesserim ia telo quis tribus resolutionibus quin deficit: expissa doctrina, Authoris tamen notabilis fama, ut Arnaeus de Villanova quē quantum fuisse versatū in lib. Hyp. expositio A; horismorum illius, ab ipso litteris man data, demonstrat, ut ipsa roborentur; Et resolutiones sive Hippocratico-Galeo-Lullisticæ ut ex relatione constat, & cum Hipp. Gal. & Beato Authoris munītæ; mihi viderunt mininē posse esse notata, tanquam Medicis errorēz, quis ratione, experientia, & solidō fundamento praktico omnibz delititutus; imo potius si aliquid, dicta superius, valent, non quia mea, nam doctrina.

doctrina mea non est mea, debent à dicta nota esse expurgatae.  
 Tandem Lucas Tozzi, Helmontius, Mussitanus, & Alii sup. cit. totaliter usum sanguinis missionis in omnibus morbis, negant, & qui contrarium faciunt, increpant, ut omnibus Medicis est notum, & tamen opera eorum sunt approbata, laudata, admissa &c. Villis, Doleus, Eremallerus, & ceteri sup. cit. & quamplures alii in principio omnia febrium purgationem incipiunt; eorum tamen opera etiam sunt approbata, laudata, & admissa, & certè eo quia quilibet conatus est suam praxim stabilire cum suis fundamentis; notum etiam est omnibus, quot Medicinæ Doctores nova systema, vel a liquid novi in systematibus conati sunt afferre, & nullus, quantum scio, à nullo Medicinæ Collegio fuit adnotatus. Quare igitur supradictæ resolutiones debent esse adnotata, quæ, unum, nec ullum remedium incipiunt, nec negant; sed solum, ut securius proficiant, in tali tempore aplicanda esse remedia afferunt, qua solum tunc est opportuna occasio particularis illa praestribendi, quod requiritur ut juvent, ut tot Auth. sup. Cit. tenent: Si aliquid enim est particulare tempus opportunum dignatur illud mihi ostendere, & gratias illis referam, quia gratis ab ipsis haberem, quod pluribus expensis non potui obtinere; si autem hoc minimè faciant, sinant me, absque nota, illud inquirere, ut si ipsum invenerim, possim etiam illis, gratis, illud retrahere, ut securius omnes in praxi nos possimus exercere: atterò si tale particulare opportunum tempus nihil sit in Medicina [ sentiant quidquid veliat supra citari Authores] non est opere pretium illud investigare; quæ propter rogo decadant questionem illi quibus spectat ex vi Decreti Sux per Illustris Dominationis Petrium Patriæ &c. in introductione allegata sub quo cum coram one, humiliter, & alacriter meum iudicium submico; interimque valeant; Datum in meo Musco die 29. Octobris Año 1742.

Dr. Andreæ Olivér.

Dic 31. Octobris 1742.

Imprimatur.

Torres Vig. Gen. & Offi;

